



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber

Luther, Martin

Vuittemberge, 1521

VD16 L 7151

Decimotertio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33333

fectam. Sed inter hæc hanc publicam, fortem, & vtilem orationem subverti, & sub hac specie omiti, hic habet quod requirit. Nam iacente & profligata oratione, nemo quidpiam malo spiritui adimet, nemo repugnabit. Observaturus autem, nos huiusmodi oratione vsuros etiam si sub tugurio & tecto stramentitio, vel hara esset, nimirum non permetteret eam procedere, sed eam longe vehementiù timeret quàm omnia sublimia, magna, & pulchra templa, turres, campanas, vbicunq; gentium esse possunt, si in eis eiusmodi oratio non esset. Certe nihil prorsus refert in quibus vel locis, vel structuris conveniamus, sed momentū est tantum in hac oratione inuicta, vt eam omnes vniuersum bene faciamus, eamq; ad deum venire curemus.

DECIMOTERTIO,

Vires & potentia orationis.

¶ Vires autem & potentiam huius orationis vel hinc conspiciamus, quod olim Abraham pro quinque ciuitatibus Sodoma, Gommorra &c. deprecatus, eo promouit, vt si decem iusti in illis fuissent, hoc est duo in singulis, deus eas non deleuisset. Quid ergo fieret vbi multi in vna congregatio ne ex animo & vere deo cōfisi inuocarent? Ita dicit Iacobus. Orate pro inuicē vt saluemini. Multum enī valet deprecatio iusti assidua, hoc est, non deficient magis & magis orare, etiā nō statim affecta quod rogar, vt nō nulli faciunt pusillanimes. Cuius rei exemplū afferens ait; Helias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit vt nō plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cœlum dedit pluuiā, & terra dedit fructū suum. Eiusmodi sententiarum & exemplorū nos agentium sunt in scriptura permulta. Ita tamen vt fiat cum grauitate, fide, & ex animo. Vt David dicit. Oculi dñi super iustos, & aures eius in preces eorū. Item. Dñs prope est inuocantibus eū, omnibus inuocantibus, cum in veritate. Cur addit inuocantibus eum in veritate? Quod neq; oratum, neq; inuocatum dicitur, vbi os solum demurmurat. Quid igitur deus faceret, te cū tuo ora, siue libro, siue baccis oratoris ita adueniente, vt nihil aliud cogites nisi vt orationem perficias, & numerum impleas. Vt interrogatus, quid cause esset aut quid instituisset orandum, tu ipse ignorares. Neq; enim tu considerasti & perpendisti deo vel hoc vel illud proponendi, vel petendi. Tua sola & vnica est causa, tibi hoc & tantum orationis esse impositum. Hoc vis seruare & perficere. Quid ergo miraris sæpe cœliis fulguribus & tonitribus incendi templa? nobis ex domo orationis domum delusoriam facientibus. Nos ne dicamus oratum vbi nihil neq; proponimus neq; petimus. Verum

esset perinde nobis faciendum, atq; sit a magnis principibus alfe
quid petitis, sibi proponentibus non solum aliquem nume-
rum verborum garrendum. Alioquin em princeps existimaret
se derideri, vel petitores insanire. Sed principes adituri pri⁹ re be-
ne concepta calamitatem suam bene & diligenter exponunt, id
tamen totum eius gratia permittentes, cu bona fiducia fore vt ex-
audiantur. Sic agendum est nobis cu deo certa & indubitata ces-
sione, aliquas calamitates nominatim exprimendo, eas ipsius gra-
tia & bonae voluntati offerentes, nihilq; minus dubitantes qua
nos exauditurum, quod non deus aliquis terrenus fecit.

DECIMOQ VARTO.

¶ Huiusmodi rationem orandi affabre scimus, corporalibus
calamitatibus impeditu. Na morbis correpti, hic S. Christopho.
illie S. Barbarā inuocamus, hic vouetur ad S. Iacobū, illic alio⁹
Tum ex animo & corde oratur, tum bona est fiducia, & oēs bo-
nae orationis conditiones. Sed in templū ad missam ingressi, in-
star simulachrorū stamus, nihil scientes cōminisci, nihil profere,
nihil conqueri. Ibi strepunt baculae, ibi sonant folia, ibi os des-
murmurat. Neq; aliud supra. Si vero interrogas, quid abs te sit
vel proponendū vel conquerendū in oratione. Si parū doctus
es, aperi oculos, respiciens vt tuam ita aliorū Christianorū vitā,
praesertim sacrorum conditiōē. Tum em inuenies, quam fides,
spes, charitas, obedientia, castitas, & omnes breuiter virtutes pro-
fligate sunt, nunc vitijs omnigenis regnantibus. Quantus sit bo-
norum praedicatorum & praetorum defectus. Quam nulli nisi
nebulones, foeminae, pueri, & stulti, imperent. Tum inuenies ne-
cessariū esse tam in manē dei indignationem sanguineis lachry-
mis omnibus horis per totum mundum indefinenter deprecari.
Verum em est, nunquā magis fuisse opus oratione quā his tem-
poribus, & in posterum, vsq; in finem mundi. Tantis igitur ca-
lamitatibus & miserijs te non mouentibus ad cōmiserationem &
querimoniam, ne te corrupat & seducat tua conditio, tu⁹ status,
tuus ordo, tuum bonum opus, vel tua oratio. Nihil em in te erit
Christianae vel vene, vel conditionis, quamlibet probus fueris.
Sed haec omnia pronuntiata sunt, fore vt deo maxime irascente,
& Christiana republica plurimum calamitatum passura, desu-
tuos intercessores & deprecatores erga deum. Sicut Esaias
flens dicit. lxiij. Ecce tu iratus es. Non est qui inuocet no-
men tuum, qui constirgat & teneat te. Item Ezechielis. xxij.
F ij